



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 9. Præsentatus habet ius ad rem, non in re.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

præsentanti ius præsentandi.  
cap. consultationibus. de iu-  
repatronatus. Tertius, præ-  
sentatio † reuocat ordinatio-  
nem factam ab Ordinario si-

ne præsentatione. Quartus,  
23 quia † præsentatus habet ius  
petendæ institutionis ab Or-  
dinario; de quibus vide Lam-  
bertin. vbi iupra art. 7.

### CAPUT NONVM.

Præsentatus habet ius ad rem, non  
in re.

### SUMMARIUM.

- 1 Præsentatus habet ius ad rem, non in re.
- 2 Si acceptauit præsentatio-nem.
- 3 Per præsentationem non contrahitur matrimonium de præsenti inter præsentatum, & Ecclesiam.
- 4 Præsentatus per institutio-nem acquirit ius in re.
- 5 Præsentandi facultas uti-lior videtur, quam facultas instituendi.
- 6 Præsentatus ante institutio-nem se ingerens in recolle-tione fructuum, cadit à iu-re suo, & collitiganti da-tur.

- 7 Quod procedit si admini-stret in spiritualibus, vel tem-poralibus.
- 8 Et id procedit etiam secu-ta institutione, à qua fuit ap-pellatum.
- 9 Concil. Tridentin. sessione vigesima secunda de reform. capitulo undecimo, vbi usur-pans fructus beneficij, si sit patronus perdit ius patronatus.

**P**raesentatus à † patronis laicis, vel clericis ha-bet ius ad rem, non in re. Cardin. Seraphin. decisione 1238. num. 4. Abb. in ca-pitulo cum Bertoldus. oppo-sit. 2. de re iudic. & ibi Felin. colum. 1. & 2. vbi de-

M 2 clarat

180 Pars II. Lib. VIII. Cap. IX.

clarat quid sit ius ad rem,  
et vel ius in re. Quod est ve-

rum, si si præsentatus accep-

tatur ipsam præsentationem.

Calderin. consil. 17. de iure  
patronatus. etiamsi præsen-  
tatio non fuerit admissa ab  
eo, cui facta est, ut per Lam-  
bertin. de iure patronatus. li-  
bro 2. parte 2. quæst. 5. artic.  
8. num. 4. & vndecimo.

3 Et ideo per † præsentatio-  
nem non contrahitur matri-  
monium inter præsentatum ,  
& ecclesiam de præsenti ,  
sed de futuro, cum per eam  
tribuatur ius ad rem. La-  
pus allegat. octaua in prin-  
cipio. & allegat. 75. nume-  
ro 4. & Calderin. consil. 9.  
de iure patronat. & per Lam-  
bertin. vbi supra articulo 9.

4 Et ideo per † institutionem  
præsentatus acquirit ius in-  
re , & maius ius consequi-  
tur ab instituente, quam à  
patrono , & pinguis habet  
Episcopus in beneficio, quā  
patronus . Abb. in cap. in  
Lateranensi. de præbendis.  
Rota Roman. de iure patro-  
natus in nouis. decis. vndeci-  
ma, num. 2. Felin. in capitulo  
cum venerabilis. colum. 12.

. in fine, de exception. Vbi ait,

si sibi daretur optio, magis

eligeret facultatem præsen-

tandi, quam instituendi, quia

patronus , prout vult prouidet

ecclesiæ , & sine præsen-

tatione non potest dari in-

stitution in beneficijs iuri pa-

tronatus regulariter, nisi sit

derogatum per Summum

Pontificem. Et ideo præsen-

6 tatus † ante institutionem

ingerens se in recollectione

fructuum beneficij , ad quod

fuit præsentatus , vel in dicti

beneficij administratione

cadit à iure suo, & si lis sit

cum eo , colligati tribuitur.

clemen. vnica. de sequestr.

possess. & fruct. Rebuff. in

sua praxi beneficiaria. titulo

de subrogationibus. num. 8.

Mandosius in verbo, priua-

tiones. folio 35. Quaranta

in summa Bullarij , in verbo

beneficiorum possessio. fol. 97

& late Crescentius decil. 6.

de iure patronatus. Rot. Ro-

man. qui omnes concludunt

text. in cap. auaritia. de ele-

ctio. lib. 6. habere locum in

omnibus beneficijs . Quod

7 procedit † si præsentatus ad-

ministret in temporalibus ,

vel

373 2 M

Pars II. Lib. VII. Cap. IX. 181

vel spiritualibus, per se, vel  
per mediatas personas in to-  
tum, vel in partem: is enim  
semper amittit ius petendi  
institutionem ipso iure, ut per  
Lambertin. vbi supra articulo  
8 vndecimo. Quod t̄ procedit  
etiam secuta institutione, à  
qua fuit appellatum, & per  
appellationem fuit impedi-  
ta possessio, ut per eundem

Lambertin. vbi supra articu-  
lo 12. Hodie autem contra  
vsurpantes fructus beneficio-  
rum, vel aliorum locorum  
piorum, adeſt t̄ Decretum  
Concil. Tridentin. sess. 22.  
de reformat. capitulo vnde-  
cimo, quod si usurpans eius-  
dem Ecclesiæ patronus fue-  
rit, perdit ius patronatus ipso  
iure.

FINIS LIBRI OCTAVI.



Praxis Iurispatron.

M 3 LI